Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26265
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quo ipsis miserebitur ds. Beati mundo corde quo
ipsi dm uidebunt. Beati qui persecutionem patiuntur
propter iusticiam quo ipsorum est regnum celorum. Beati
estis cum uobis maledicent et persequentur et dicent
omne malum aduersum uos propter iusticiam. Gaude
te et exultate quo merces uestra copiosa est in celo.
Futuram non presentem in celo non in terra mercedem pro
misit esse reddendam. Quid alibi poscis quid alibi de
betur. Quid preproperere coronam exigis ante quam
uincas. Quid detergere et puluerem quid requiesce
re cupis. Quid epulari gestis ante quam studium
soluatur. Adhuc po[illegible] pul expectat. ad
huc athlete in scammate [illegible] s. et tu iam otium petis.
Sed forte dicas cur impii letantur cur luxuri
antur cur etiam ipsi non mecum laborant. Quo qui non
subscripserint ad coronam non tenentur ad laborem
certaminis. Qui non descenderint in stadium non se
perfundunt oleo non obliniunt puluere. Quos
manet gloria expectat iniuria. Vngentati spec
tare solent non decertare non solem estus puluere
rem imbresque perpeti. Dicant ergo et ipsi athlete.
Venite nobiscum laborate. Sed respondebunt

Loc certaminis